



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 10. De Irregularitate ob Defectum lenitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

Se^{ct}. I. De Irregularitate Recept. Sent. 331

CAPVT IX.

De Irregularitate ex homicidio casuali, aut ob suam suorum-ve defensionem.

CAPVT X.

De Irregularitate ob defectum lenitatis.

43. **H**omicidium casuale dicitur, quod ex aliquo facto præter operantis intentionem sequitur, ut si iaculans in feram, casu interimat hominem. Porro is, qui etiam præter intentionem, ex culpa lata, seu peccando mortaliter in negligentia cauendi eum casum, irregularis fit. *Cap. ult. de homic. in 6* Nec sufficit levis culpa. Quia cum irregularitas sit poena gravis culpam supponit. Omnes fatentur. Et existimo definitum esse. *Quæst. 7. de penitentis.* Vbi dicitur, parentes secum dormientes infantes noctu inter dormiendū opprimentes, non esse irregulares, etsi hoc aliqua corū incuria, quæ poenitentiam meretur, eveniat, nisi ea negligentia fuerit studiosa. Quod verbum aperte significat, eā negligentiam saltem debere esse latam, siue culpam lethalem continere.

44. Qui dādo operā rei licite omnino casu, aut saltem sine lata culpa aliquem occidit, non fit irregularis. Idem dicendum de eo, qui cum moderamine iustæ tutelæ aliquem interimit pro suæ vitæ defensione. *Clement. Si furiosus, de homic. & alia capita eodem tit.* Quis vero hanc moderationem aut seruare, aut excedere sit dicendus. *Lessius c. 9. dub. 8. exprimit.*

45. Omnino casu occidens dando operā rei illicitæ, irregularis nō est, nisi ea actio hic & nūc ita sit periculosa, ut grauius peccet contra ius naturæ præcise ratione periculi occidendi, cui hic & nūc, ita operando, se exponit. Quia ut habetur *c. 15. qui 18. de sent. excom. in 6.* irregularitas nunquam incurritur nisi in casibus iure expressis. Atqui nullo iure est expressum talem fieri irregularem extra casum à nobis expressum. Sā v. *Irregularitas, ex deformitate. Salon. ro. 1. de inst. q. 64. n. 8.*

46. Debet culpa esse mortalis præcise ratione periculi, cui occidēs volūtarie se exponit. Quia ob hanc præcise incurritur hæc irregularitas, quæ quando ob culpam fertur, requirit mortalem, cum sit gravis poena. Colligitur aperte ex *c. Quæst. 7. de penitentis.*

47. Irregularis non est, qui cū moderamine iustæ tutelæ occidit alterū in defensione innocentis præsertim sibi propinqui. Quia hæc occisio est omnino inculcata, & quodammodo necessaria, & consequenter inuoluntaria. *Lessius c. 9. dub. 13.*

48. Idem dicendum de occidente cum moderamine iustæ tutelæ conante sibi pudicitiam, honorē, aut bona temporaria magni momenti eripere. Quia fit sine vlla culpa. Irregularitas vero cum poenalis sit, non incurritur nisi ob culpam. *Suar. d. 46. sect. 2. Lessius c. 9. dub. 11. & 12.*

Qui aliquem ad mortem conueniat, hac secuta, fit irregularis. *Alum ad mortem conueniat cap. 1. dist. 5. c. 2. de homic. in mortem conueniat.* Vbi hæc irregularitas non tam statuitur, quam statuta super irregularis, ponitur. Eam vero non incurrit Princeps civilis, vel Ecclesiasticus, qui statuit Iudices: aut alicui in genere, aut etiam in facto particulari committit cognitionem, & iudicium criminis capitalis. Secus si committeret solam executionem sententiæ latæ. Quia tunc directe inheret occidi. Nec etiam qui in genere Iudices ad faciendam iustitiam hortatur, etiam si sciat, mortem reorum secuturam. Nec qui fert leges, quæ certis criminibus poena mortis statuitur. Nec Iudices Ecclesiastici, qui degradatum, aut alium hæreticum condemnatum brachio seculari tradunt. Debent autem pro eo intercedere, ne morte plectatur, nō tam ut morte impediatur, quod sæpe sciunt, licite fieri non posse, quam ut ostendant, se ex parte sua eam non querere. *Cap. Nouimus, de verbor. signific.*

Irregulares, morte secuta sunt, qui efficaciter in mortem rei directe influunt, siue concurrendo ad sententiæ capitalis executionem, vel lationem. Tales sunt accusatores, Testes, & iudices, notarii sententiæ dictantes, scribes, recitantes, aut eidem subscribentes. Secus est de famulis, qui eam excipiunt. Quia nullam auctoritatē ipsi addunt, & consequenter neque in eam influunt. *Avila part. 7. d. 1. sect. 1. dub. 1.* Itē tortores, & lictores physice ad mortē concurrentes, extruētes focū quo viui comburi sunt, & similes. Non tamen ij, qui ligna, gladios, funes, & c. vendūt, quibus alius interficiēdos sciunt. Quia nimis remote concurrunt. Imo nec faber, qui foream erigit, nisi tanquam officialis iustitiæ ex officio id faciat. Nam communis faber nimis remote concurrat. Idem dixerim de vendente tortori gladium, aut arma militi ad bellū eunti: multoquē amplius de eo qui comburendo impetraret mortem leniorem & celeriore, ut dixi.

Irregularis non est, qui indirecte tantū est, causa mortis. Nempe qui accusat eum, à quo iniuriā est passus. Aut qui ius accusans quatenus hoc est hic & nūc necessarium, ne innocens graue malū incurrat. Quia hic est mera defensio innocentis cum moderamine iustæ tutelæ, ex qua irregularitas non incurritur. Quia cui conceditur aliquid, censetur etiam concedi ea omnia, quæ ad id sunt necessaria, ne concessio sit inutilis. Vnde colligo, reum se licite defendentem, cuiusque aduocatū, & testes non esse irregulares, etsi accusans defendens in probatione morte plectatur. Imo et si

ut contra eum excipiant, ei vera crimina obiciant, ob quæ morte puniatur, quando idam iustam defensionem est omnino necessarium, & modo ipsi aperte ostendant, se nullo modo peccare alterius sanguinem. Secus esset, si alia ratione posset periculum euadere. Sua. d. 47. sect. 4. n. 8.

⁵² *Nec qui* *hortantur* *generatim* *in bello in-* *stod pugnā-* *dum, imo* *ad occiden-* *dum in ge-* *ner.* *Qui in bello iusto, & offensiuo alios genera-* *tim hortatur ad pugnandum, (quod etiam Cle-* *ricis licet ex c. 7. 8. 9. 23. q. 8.) imo et si hor-* *tentur in genere ad occidendum, modo non* *excitent ad occidendum aliquem in particula-* *ri. Item qui in eo pugnant, etsi Clerici sint, &* *dum, imo percutiant, non sunt irregulares, nisi aliquem* *occidant, aut mutilent. Quia tunc solummodo* *do irregularitatem ex lenitatis defectu contra-* *hant. Cap. Petiti 24. de homicid. Dixi, in* *bello offensiuo, quia qui in bello mere defensi-* *uo occidit, non fit irregularis, quando id est ne-* *cessarium ad patriæ, aut Reipublicæ defensionem.* *Tunc enim etiam Clericis hæc licent, ut* *pater ex Cap. 2. de immunit. Ecclesiar. Quia* *hic est vera innocentis defensio. Sua. disp. 47.* *sect. 5. cum communi.*

⁵³ *Secus ad* *hortantes* *vel pugnantes* *in bello iniusto.* *Ad hortantes vero ad bellum iniustum, aut* *in eo pugnant, imo pugnantium Sarcinas* *custodientes, irregularitatem contrahunt ho-* *mici di, aut voluntarij, si aliqui ex parte hostiū* *occidantur: aut casualis, si tantum aliqui ex* *eorum parte necentur. Quia omnes sunt vna* *causa moralis, dum se mutuo excitant. Coninch* *d. 18. n. 98. & alij communiter.*

CAPVT XI.

De Irregularitate ex bigamia
proveniente.

⁵⁴ *Bigamus* *vnde irre-* *gularis.* *M N I S* *bigamus irregularis est, non propter culpam* *quæ nulla existit, sed ob defectum significationis. Quia* *eius matrimonium non po-* *test significare matrimonium* *Christi Domini cum Eccle-* *sia, scilicet vnus cum vna. prim. Tim.* *tertio.*

⁵⁵ *De triplici* *bigamia* *vera, inter-* *pretatiua,* *& similitudinaria.* *Bigamia est triplex. Prima vera, quando quis* *valide contraxit cum duobus, & consummauit.* *Et de hac nulla est dubitatio. Secunda est In-* *terpretatiua, quæ varia est. Primo quando quis* *contraxit cum aliqua, quæ ab alio, quam ab ip-* *slo est cognita. Cap. Curandum dist. 34. Secun-* *do quando quis cognouit uxorem suam post* *commisum ab ea adulterium. Cap. Si laici* *& Cap. Si cuius uxorem, dist. 34. Videtur ta-* *men ibi requiri, ut adulterium, sit notorium,* *vel saltem in iudicio probabile. Scio tamen* *communiter Doctores asserere, etiam occul-* *tum sufficere. Tercio, quando constitutus in* *Sacris contrahit secundas nuptias, aut cum vi-* *dua quantumvis inualide. Cap. Nuper. & cap.* *vlt. de bigam. Tertia est Similitudinaria, quando* *quis post votum solenne castitatis contrahit*

matrimonium licet inualidum, & cum Virgine
c. Quotquot 27. q. 1.

Nemo per vllum matrimonium fit bigamus, nisi consummatum perfecta copula sit. Nec is, qui duxit alteri prius nuptiam, sed incognitam. c. Debitum, de bigam.

Hæc quidem irregularitas incurritur à baptizato per matrimonia ante baptismum contracta. c. Si quis viduum, dist. 24.

In petenda vero dispensatione sufficit dicere, aliquem contraxisse bis, etsi quartò contraxisset. Auila p. 7. d. 8. dub. 4.

CAPVT XII.

De Irregularitate ex Natalium
defectu.

M N I S *illegitimus est irregularis, nisi fiat Religiosus: tunc enim potest ad omnes Ordines, etiam ad* *promoueri, non tamen ad Pra-* *laturam c. 1. de filiis Presbyteror.* *Expendam itaque quinam ad hunc effectum* *illegitimi dicantur.*

Illegitimi sunt nati à parentibus, inter *quos tunc non erat matrimonium. Ex ipso* *natum à parentibus, qui publice contraxere,* *inualide quidem ob occultum impedimentum,* *si modo alteruter parens bona fide contraxe-* *rit, talis enim absolute legitimus reputatur. c.* *Cum inter Cap. Ex te ore, qui filij sunt legitimi.* *Secus esset, si clam contraxissent, aut parens* *alterque cognouisset impedimentum. cap. Cum* *inhibito, Perag. Si quis de clandest. de ponsat.* *Clandestinum autem matrimonium ad hunc* *effectum dicitur, quod etiam coram Parocho &* *duobus testibus contrahitur, si sine dispensa-* *tione omittantur denunciationes ab Ecclesia* *adhiberi solite ad impedimenta dignoscenda.* *Quia Pontifex ibi sequenti vocat etiam clande-* *stinum cui Parochus interest. Omnes. Sic.*

Proles suscepta ex valido matrimonio quā- *tumcumque illegitime contracto, etiam si* *contra votum simplex castratis vtriusque pa-* *rentis aut post illegitimam, alterius parentis* *ordinationem, aut professionem sit suscepta,* *legitima quidem est. Quia nullo iure illegiti-* *ma esse probatur. Verbi gratia, si aliquis,* *contracto valide matrimonio, inuita uxore,* *Sacris initietur, aut post matrimonium con-* *summatum in Religione profiteatur, non ser-* *uatis iis, quæ Ius præscribit, quo casu professio* *nullo est, & in vtroque casu cogitur ad* *uxorem redire, & proles ex iis suscepta est le-* *gitima. Secus si suscipiatur post legitimam* *parentis ordinationem, aut professionem. Cap.* *Interas de filiis Presbyteror. Sua. d. 50. sect. 2.* *n. 5. & alij communiter.*

Proles nata illegitima, per subsequens ma- *trimonium inter parentes valide contractum fit per se* *absolute legitima, nisi etiam suscipiatur, in quædam* *absolue legitima, nisi etiam suscipiatur, in quædam* *ter partes impedimentum diuersimodum inueni-* *eretur. Cap. Tanta, qui filij sunt legitimi. Si vero non sit* *impedi*